



1798.

*

1. M

m

m

2. *

Mar

15

re

H

3. *

May

P

21

4. *

June

R

dec

an

10

5. *

July

289.



1798, 2.

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
EXAMEN
VIRI GENEROSISSIMI
GEORGII HENRICI
DE HARTITZSCH
EQVITIS MISNICI
D. XXVI. NOVBR. A. C. MDCCXCVIII.
LAUDABILITER SVPERATVM
P V B L I C E
TESTANTVR

INSVNT

Responso. Iuris XCV. XCVI.

ДРУГИЙ ЧАСТЬ
ПЕЧАТНОГО СБОРНИКА
САМОВЫСТАВОК
ИЗДАНИЙ
ГЕОРГИЯ НЕМЦОВА
И ИАКОВА
ХАНТЕРСКАХ

ПУСКИНСКАЯ БИБЛИОТЕКА
ЛУЧШИЕ РУССКИЕ ПОЭМЫ
И УДАЧНЫЕ ПОСЛОВИЦЫ

Utrumque impar sit, ut non sit a predicto iurisdictio omnianach
et certior thomatis causitatem existenda. Utroq. etiam illi omnes
iurisdictio et iuris causa, quae rursum dicitur, etiam resupponit, si
debet, et non debet.

RESPONS. XCV.

*De solutione die Solis sive Sabbati promissa et de L.
Commissor.*

Pauli responsum, quod in *I. 105. D. d. Solutt. et Liberatt.* legi-
mus, debitorem, ut statim soluat, obligatum non cum fac-
co adeundum, potius temporis aliquod temperamentum ei tri-
buendum esse supponit, antea debitorem justam excusationis
causam habuisse, vel obstitisse aliquod, et haec demum remo-
ta esse. Hoc enim exemplum haeredis, cui restituta fuerit
haereditas, quod adducit ICtus, probat. Idem igitur non du-
bitauerim de eo affirmare, qui sub conditione obligatus est,
quanquam scimus, existente conditione simul cedere et venire
diem, *I. 213. d. V. S.* Siquidem debitor, quando exitura sit
conditio, scire non potuit, adeoque vitio verti ei non debet,
si nummos in solutionem inpendendos non statim paratos
habet.

Quot dies illud ICti temperamentum contineat, quia nul-
la lege definitum est, ICtus in *I. 32. D. d. L.* L. autor est, ut ex
confuetudine vel juris ratione aestimemus. Quamobrem, quo-
niam nostro jure, et quidem *Ord. Proc. Sax. Rec. Tit. 39. §. 2. ss.*

~~~~~

damnatus debitor jubendus est, vt intra quatuordecim dies iudicato satisfaciat, nihil obstatre existimo ejusmodi creditoris, si, postquam dies venit, praeter elapsu hoc temporis interuallo actione ingreditur, et praeter pecuniam sibi debitam vñras per moram ex tempore litis motae contractas exigit.

Simile vero temporis laxamentum tribuendum haud esse debitori, qui die certo definito soluere promisit, palam est, quia debitori tempus a se ipso expressum ignorare non licet, vt justissime lusitanianus in *L. 12. C. d. contr. et committ. stipulat.* eiusmodi diei constituto vim interpellationis tribuat, vnde notissimum illud interpretum, diem pro homine interpellare, progressum est. Est vero ejusmodi promissionis, quod §. 2. *I. d. V. O.* docet, ea natura, vt, elapsu demum die solutioni statuto, quod promissum est, peti possit. Cujus rei Tribonianus hanc reddit verissimam rationem, *totum illum diem arbitrio solvens tribui debere.*

Praemissis his ad litem progrediōr, cuius decisionem his ipsis diebus Praetor hujus vrbis a nobis postulabat. Apparebat ex instrumento locationis conductionis, inquilinum mercedis solutionem die Solis praestare sub lege commissoria promisisse, qui, quinnum nummos ante meridiem proxime inseculo die Lunae obtulisset, et non acceptos in judicio deposituisset, aedium dominus actione die Martis instituta contractus resolutionem ex adjecto legis commissoriae pacto petierat, et sententiam desiderio consentaneam retulerat.

In-



Inquilinus idemque reus leuterationis remedio vsls tripli-  
cem defensionem offerebat, nostri collegii cognitioni relictam.  
Et quidem hanc. Se ipso Solis die vifum iuissé cum sacco, vt  
penderet, locatorem, domi vero non inuenisse. Hanc prima  
sententia ob rigorem processus executiui in recontuentione pro-  
bandam concesserat. Dein, legem Saxoniam d. 2. Aug. 1749.  
cultus religiosi die Sabbati causa prae scriptam sibi obstitisse,  
quae §. 2. debitori certo die ad solutionem obstricto libertatem,  
quo quis diei constituti momento soluendi, §. 2. I. d. V. O. con-  
cessam, horas diuino in aede sacra cultui destinatas excipiendo,  
adimat. Denique locatorem non statim ab initio oblatae solu-  
tionis ad legem commissoriam prouocasse, solum partem num-  
morum reprobasse, et horum permutatione demum cum aliis,  
quos ipse antea exegerit, iterum actu oblata, se lege commis-  
soria vti velle, declarasse.

Quod quin sic euenisse ex locatoris professione in ante  
actis apparuerit, liberatum esse inquilinum et inanem locatoris  
petitionem, decernere non dubitauimus. Si hanc quidem hujus  
pauci naturam esse a Papiniario et Vlpiano in l. 4. §. 2. D d Leg.  
*Commiff.* docemur, vt creditorem obliget, commissa lege sta-  
tim flattuere, ea vti, an in contractu subsistere malit. Ipsa  
vero aliquot nummorum reprobatio tacitam voluntatis decla-  
rationem, acceptum iri, si meliores offerantur, eo que ipso con-  
sensum in contractus continuationem involuit.

Nec negligendum esse existimauimus secundum, quo in-  
quilius vtebatur, argumentum. Laudata lex domestica, si

A 3

non

non omnino jubet, profecto hortatur ciues, ut die Sabbati in aede sacra cultus Diuini causa conueniant, et ab omnibus negotiis inter se suscipiendis iisdemque moram ferentibus abstineant. Quam si locator, prout affirmauerat, secutus, tempulum adierat, ipse legem contractus haud fuerat securus. Quod si enim per §. 2. I. d. V. O. diei ad solutionem constituti singula momenta hujus rei causa debitoris arbitrio relicta sunt, consequitur, creditorem obligatum esse, ut per integrum illum diem sui copiam debitori faciat, quum, qui abest, solutioni sibi facienda non minus obstet, quam is, qui pecuniam sibi numeratam accipere renuit.

Nec quicquam efficies, si objeceris, debitorem, qui numerationem die Solis promiserit, illius Saxonicae legis causa existimandum esse tacite consentire, ut tempus consociando christianorum coetui destinatum pro excepto habeatur, suumque adeo soluendi arbitrium, ad tempus quod attinet, magis constringatur. Ut enim taceam, neminem facile praesumi posse id voluisse, quod sibi damnosum sit, lex nostra eiusmodi praesumptionem excludit, quo ipso ad negotia noluit pertinere, quae moram non ferunt, quibus contineri solutionem certo diei adstrictam quis facile inficietur. Fieri potest, ut necessaria peregrinatio impeditat, quominus post horas cultui diuino dicatas solui possit.

Hoc igitur jure meo defendere mihi videor libertati ejusmodi debitori d. §. 2. I. tributae, quounque velit temporis momento die constituto soluendi, d. lege domestica nihil ademtum

tum esse, adeoque, si debitoris arbitrium creditoris factō constrictum appareat, justam esse illius excusationem. Ut, si forte per instrumentum Notarii probet, se cum certa pecuniae quantitate creditorem adiisse, eumque praesentem non inuenisse.

Eandemque ob causam, et quoniam in stipulationibus tempus promissoris causa adjectum censetur, quoniam ob aequitatem evidentem subueniendum est, quoniam in dubiis benigniora preferuntur, et rei partes favorabiliores habentur, l. 17. l. 56. l. 90. l. 183. d. R. I. existimo, hanc esse optimam legis Saxonicae cum d. §. 2. I. conciliandi rationem, ut illud Pauli temperamentum hoc reuocemus, et solutionem die Solis promissam, si proximo die Lunae praesertim ante meridiem offeratur, non intempestivam habeamus, quod in re praesente, dum non integro die Solis creditor domi se continuuisse confessus fuerat, plane indubium existimauit.

Verba nostras sententiae haec sunt: *Nunmehr aus den Akten so viel zu befinden, dass Bekl. die ihm in der Klägere Hause verpachteren Behältnisse zu räumen, und ihnen in gehörigen Stande zurück zu geben für schuldig noch zur Zeit keinesweges zu achten, weniger mit der fol. 40<sup>b</sup>. vorgeschützten Ausflucht zur Wieder Klage, oder besondern Ausflucht zu verweisen: Sondern es hat der Klägere Suchen nicht statt. Adjectis ratt. Ob es wohl ein allgemein bekannter rechtlicher Grundsatz ist, dass, wenn die Bezahlung zu gewissen festgesetzten Tagen versprochen worden, dies pro homine interpellire, mithin der Schuldner bey unterlassener Bezahlung ipso jure in moram gesetzet werde, und das in der l.*

105. d. Solutt. erwähnte temperamentum temporis in dergleichen  
 Fälle ihm nicht zu statten komme; Auch eben so wenig zu bezwei-  
 feln, dass bey Kauf- und Mietb-Contracten der damit verbundenen  
 legi commissoriae als einem erlaubten Vertrage nachzugehen sey,  
 welchemnach die Bestätigung voriger Sentenz für unbedenklich ge-  
 halten werden dürfte: D. a. u. d. dem an einem gewissen Tage zu  
 bezahlen verpflichtetem Schuldner freystehet, §. 2. I. d. V. O. die  
 Stunde, in der er seiner Obliegenheit nachkommen wolle, zu wählen,  
 welches gleichwohl in dem Falle, da der Schuldner wie allhier die  
 Zahlung Sonntags zu leisten versprochen, der die Sabbats Feyer  
 einschärfende Befahl vom 2. Aug. 1794. §. 2. nicht gestatten will,  
 vielmehr bey Verzug leidenden Handlungen die Interessenten da-  
 mit auf den folgenden Tag verweiset; Weshalb, wenn beson-  
 ders, wie allhier der Gläubiger sich nicht den ganzen Tag über zu  
 Hause finden lassen, sowohl die Billigkeit in Verbindung mit obge-  
 dachter l. 105. d. Solutt. §. 2. I. d. V. O. l. 17. l. 155. §. 2. d. R.  
 I. als die Beförderung der Absicht des vaterländischen Gesetzes l. 34.  
 l. 183. d. R. I. es erforderl., dem Schuldner wegen der ihm vom  
 Sonntage entzogenen Stunden noch so viel Zeit an dem zunächst da-  
 rauf folgenden Montage nachzusuchen, und eben desswegen, da  
 Bekl. Montags Vormittags die verfallene Summe überbracht, dass  
 es zu spät nach bereits eingetreterner lege commissoria geschehen  
 sey, nicht dafür zu halten: Hiernächst in dem gegenwärtigen Falle  
 diesem Rechtsgrunde annoch und hauptsächlich beytritt, dass Kl.  
 da ihm die Zahlung angeboten worden, solche Anfangs nicht  
 unter Beziehung auf die legem commissoriam, sondern, weil ihm  
 einige unter der aufgezählten Summe befindliche Geldsorten nicht  
 gefällig gewesen, anzunehmen verweigert, mithin stillschweigend  
 die

die Annahme, wenn die verworffenen mit denen verlangten ausgewechselt würden, und eben hiermit die Fortsetzung des Contracts bewilligt, bierdurch aber nach klarer Vorschrift der l. 4. §. 2. d. L. Commiss. des Befugnisses, die Aufhebung des Contracts zu fordern, verlustig geworden, so ist u. s. w.

Dicitur. In Iuxta nosciturius manu scriptus, modo hinc illustratur. H  
abu. Sit enim sit non sicut illud, quod in modis diversis  
seruitur, sed ita sicut in uno, ut in quoque loco et in aliis  
etiam in omnibus ostendit. Et hoc est in Iuxta scriptum illa sub  
ito. Exferunturque omnem obit, sicut hic et omnis man  
moni gilda resoluta, solo ex agillis Redi per se aliis et  
debet per se omnes et auctoritas et moderatione suorum  
potest. Et sicut auctoritas et moderatione

scriptio eiusdem potest, sicut et moderationes  
et auctoritas eiusdem potest. Quod cum in modis diversis  
modis diversis servetur, non sicut illud, quod in modis  
diversis servetur, sed ita sicut in uno, ut in quoque loco  
in aliis et in omnibus ostendit. Et hoc est in Iuxta scriptum illa sub  
ito. Exferunturque omnem obit, sicut hic et omnis man  
moni gilda resoluta, solo ex agillis Redi per se aliis et  
debet per se omnes et auctoritas et moderatione suorum  
potest. Et sicut auctoritas et moderatione

RE-



---

## RESPONS. XCVI.

*Promissio, haeredem institutum iri stipulantem, non  
est obligatoria.*

---

**H**aereditatis promissionem, postquam Decis. XIII. d. a. 1746. pacta successoria probavit, subsistere, nec, si mutua sit, modo vtrinque accepta appareat, testamenti reciproci jure aestimandam esse, in Resp. XLIX. professus fui. Nec mutauit hanc sententiam, firmo, si quid video, fundamento superstructam. **Quod** si vero quis ex hac thesi colligere velleret, eandem obligationem operari promissionem, stipulantem a se institutum iri haeredem, erraret vehementer.

Supponit enim haec promissio testamenti confectionem, quo contineatur institutio. **Quod** si factum, et breui post nouo testamento reuocatum esset, quid conduceret stipulanti, factum esse. Sunt vero tum demum promissiones obligatoriae, si stipulantis, fieri, quod promissum sit, interest, §. 4. 19. I. d. *In*v*ill*. stipulati. l. 38. §. 20. D. d. V. O.****. Et quanquam, ob validiorem factam moribus Germanorum pactorum efficaciam, hodie non oportet, ut, quanti intersit, ad certum premium constitui patiatur, quod laudatae leges requirunt, quamobrem hodie

hodie non, prout Romanorum jure, inutiliter tertio stipulamur, hoc tamen verum est, quodammodo interesse debere. Fieri autem testamentum, propter poenitendi licentiam, nihil refert. Equis enim dubitauerit, si invito extorqueatur, reuocatum iri, vel novo condito ruptum esse futurum.

Potestas hodierno jure facta, super haereditate paciscendi, et ejusmodi pacto jus irreuocabile in haereditatem pariendi, neque testamenta sustulit, neque naturam eorum immutauit. Ut dubitandum non sit, vehementer inter se differre promissionem haereditatis, et promissionem, fore, ut quis testamento haeres instituatur. Qua nihil effici quotidie judicamus.

Prodiit ejusmodi sententia his ipsis diebus ad judicem pagi cui nomen est Markleeberg, in causa B. contra S. his verbis: Dieweil aus dem angezogenen Ver sprechen, daß Beklagte ein Testament errichten, und Klägers Tochter zur Erbin einsetzen wollen, dieses auch von ihm accepiret worden, um so weniger eine rechtliche Verbindlichkeit zu folgern, je weniger solches den Verlust des Befugnisses gewirkt, das errichtete Testament mittelst eines andern wieder aufzuheben; Weshalb, so wie dieses, nicht weniger die Befolgung oder Unterlassung der zugesagten Testaments - Fertigung von der freyen Willkür des Versprechenden abhänge muss, So hat Klägers Suchen nicht statt. Die aufgewannten Prozeß - Kosten aber sind in Erwägung, daß wegen der zugleich angezogenen Zufriedenheit Beklagter Curatoris, vnd der in der 13. Decis. v. I. 1746. nachgelassenen Erbverträge die Sache einigen Zweifel zu erregen wohl vermocht, gegen einander aufzuheben. V. R. W.

B 2

Vir

Vir Generosissimus, qui has cum lectore beneuolo meditationes communicandi opportunitatem nobis fecit.

**GEORGIVS HENRICVS DE HARTITZSCH**

hanc nobis vitae suae adiuic geltae rationem exhibuit.

**Natus sum Stauchae, inquit, pfaedio equestri in Marchionatu Misnico sito, die X. Ianuarii MDCCCLXXVII.**

patre Georgio Adolpho de Hartitzsch, Capitulari Misnico, atque praefecturae, circuli Misnici, Ephoro, et matre Sophia Henrica Eleonora, e gente Gersdorffia. Vsque ad decimum quintum aetatis annum, praeceptores habui domesticos, anno MDCCCLXXXII. autem Gymnasium Freybergense adii, ibique, praeter mathematica et chemica, Professorum academie metallicae Freybergensis, collegia, quae simul frequenter, potissimum celeberrimo ejus Gymnasi rectore M. Hüblero duce, cursum litterarum persecutus

tus sum. Anno MDCCXCV. in hac litterarum vniuersitate, a D. Haasio tunc temporis Rectore Magistri, in numerum ciuium academicorum receptus, jurisprudentiae in primis operam nauare institui. Quem finem ut consequerer, interfui scholis philosophicis, historicis et juridicis, multorum ex iis praeceptoribus, quorum egregia doctrina haec litterarum vniuersitas gaudet. Nimirum habui praceptores, in Philosophia, Plattnerum et Heydenreichium, in historicis disciplinis, Beckium atque Wielandum, in Iurisprudentia, Bienerum, Stockmannum, Einertum, Keesium et Hauboldum, quibus omnibus me maxime obstrictum profiteor, et quorum memoriam semper gratissima mente venerabor.

Quibus ita peractis, examen, quod pro Candidatura juris audit, in collegio nostro iniit, et ad quaestiones ex jure vario, Romano potissimum, Clientelari et Patrio, nec

B 3

non



non historia juris ei propositas, tam apposite tamque latine respondit, vt, quam de eo ex commendatione praceptorum expectationem conceperamus honorificam, non adimpleuerit solum, sed superauerit. Verbo. Retulit encomium OMNINO ET PRAE CAETERIS DIGNI, nec non elegantia sermonis, rerum copia, ratione argumentorum, et, quam prae se fert, integritate ac pudore, spem non exiguum facit, fore aliquando inter eos, cui in primis merenti potiores in gubernanda republica partes committi possint.

Scribeb. Lips. Domin. 1. Aduent. A. C. MDCCXCVIII.

EX OFFICINA SAALBACHIA.







VDI8


56.





1798, 2.

ORDINARIUS  
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS  
EXAMEN  
VIRI GENEROSISSIMI  
GEORGII HENRICI  
DE HARTITZSCH



CCXCVIII.

PER AT VM

R

CVI.